igitur huiuscemodi samaria quia quidquid
loquitur · repugnat d̄o suo · Et clementiā
eius uert& in crudelitatē · usque eo · Ut qui
uiri sunt · apud illam & ad militiae a&atem
uenire perfectam sp̄ali mucrone truncen
tur · Qui autē paruuli atque lactantes elidan
tur ad p&ram · De quibus & in psalmo legimus ·
Beatus qui tenebit & allid& paruulos tuos ad
p&ram · Fa&equoque eius atque pregnantes
quae de malo semine conceperunt · Ideo dir
rumpentur ne pessimos liberos faciant ·
Tale quid subicitur nobis & in euangel · Uae
pregnantibus & nutrientibus in dieb; illis ·
Dieb; uidelic& tribulationis & angustiae ·
Interficiuntur autem & bellatores sama
riae gladio · & lactantes eliduntur & preg
nantes dirrupuntur · Ut pereunte male
semine zizaniisq; eius excussis solum re
maneat triticum · Quod in dn̄i horreare
condatur · Conuertere isr̄t ad dn̄m dn̄m
tuum quō corruisti in iniquitate tua · Tolli
te uobiscum uerba · & conuertamini ad
dn̄m · Dicite ei · Omnem aufer iniquitatē
& accipe bonum · & reddemus uitulos la
biorum nostrorum · Assyr non saluauit
nos · Super equum non ascendemus · Nec
dicimus ultra dii nostri opera manuum
nostrarum · Quia eius qui in te est misere
beris populi · LXX · Conuertere isr̄t
ad dn̄m dn̄m tuum quia infirmatus est
in iniquitatib; tuis · Sumite uobiscum

sermones · & reuertamini ad dn̄m dicite ei ·
Ut non tollatis iniquitatē · Sed adsumatis
bona · Et reddemus fructum labiorum nr̄orū ·
Assyr non saluauit nos super equum non
ascendemus · Nequaquam ultra dicimus ·
Dii nostri operibus manuum nostrarum ·
Qui in te est miserebitur populi · Pereunte
samaria & uiris eius & paruolis · & pregnan
tibus occisis elisis atq; discissis totus isr̄t ad poe
nitentiam prouocatur · Ut qui infirmatus
est · siue corruit in iniquitatib; suis reuerta
tur ad medicum · & recipiat sanitatē uel
stare incipiant qui corruerant · Doc&ur que
quomodo debeat agere penitentiam · Tolli
te inquit uobiscum uerba · Id est preces & de
lictorum confessionē · Et conuertamini ad
dn̄m tam uerbis quam operibus & dicite ei
omnem aufer iniquitatē nihil languoris
in nobis · Et ruinae pristinae derelinquas ·
Ne rursum mali seminis pullulent · Redi
uiua plantaria · Et accipe inquit bonum ·
Nisi enim tuleris mala nostra · bonum tibi ·
quod offeramus habere non possumus ·
Iuxta illud quod alibi scriptum est · Decli
na a malo & fac bonum · Et reddimus ait
uitulos labiorum nr̄orum · Pro uitulis qui
hebraice appellantur pharim · fructum ·
LXX · transtulerunt qui dicitur fieri ·
falsis sermonis similitudine · Uituli autē
labiorum laudes d̄o sunt · & gratiarum
actio · Sacrificium enim d̄o · Sp̄s contribulat[us]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0126